



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

vii. De authoritate & vsu pallii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De autho. & vsu pallij. Tit. VII. 14

coniugium spirituale contractum & ratum esto.
dignitas episcopalis consecratione conlata nihil
ad id coniugium addere existumator.

Ea de causa electi confirmationis munere re- 1. *Cum ex*
cepto, inconsulto Romano pont. sedem ne mu- *illo.*
tanto. Episcoporum enim translationes, ac se-
dium mutationes, vt & reliquæ maiores ecclesiæ
causæ ad apo. sedem deferuntur. Superior alius
si consensum præbessit: ab episcoporum con-
firmatione suspenditor.

Quod ergo est inter pontificem & ecclesiam 3. *Quanto*
eius coniugium, ecclesiarum necessitate vel vti-
litate pensata, diuina autoritate solus Ro. Pon-
tifex dissoluit. & si ad maiorem sedem vocatus
authoritate propria se trāstulerit: & ab aliena ca-
thdra extorris esto, & propria caret.

Sed & si cui Ro. pontifex, vt ad maiorem di- 4. *Licet.*
gnitatem vocatus (dum nihil olli de canonicis
obuiet institutis) eā adsumere possiet, indulxit:
huic, si postulatur, nec ad parem, nec, antequam
postulatio examinata siet, transire liceto.

De autoritate & vsu pallij. Ti. 7.

Q VI Archiepiscopus electus siet aut postu- 3. *Nisi.*
latus, et si adprobata postulatio erit, antequam *pallium* recepsit, Archiepiscopum ne
se adpellato. Eo plenitudo pontificalis officij
confertor.

Hoc Ro. pontifex in plenitudinem ecclesia- 4. *Ad*
sticæ potestatis adsumptus semper & vbique, alii *honorem.*
in partem solicitudinis vocati in sua ecclesia cer-
tis diebus tantum vtuntor.

De renonciatione.

1. *Cum su
per.* Itaque cum conceditur sic edicitor, ut eo

INTRA ECCLESIAM TVAM VTARIS.

Id verò sic accipitor, IN QVALIBET TI-
B I COMMISSAE PROVINCIÆ E C-
CLESIA. Extra ecclesiam, et si pro supplica-
tionibus publicis procedat, aliterve exeat, ne
vtitor.

7. *Quia
nos.* Diebus quoque in ecclesiæ suæ priuilegiis
expresis tantum in sua dicecesi cum pallio, tam
in sua quām in aliena sine pallio & sandaliis ce-
lebrare liceto.

5. *Ex tua
rum.* Et nisi cui Ro. pontifex indulxit, pro conse-
crandis suffraganeis suis, vel clericis ordinandis
in aliena ecclesia pallio ne vtitor. Cui id conces-
sit, modo is, ad quem pertinet ecclesia, permit-
tat, quibus casibus concessit, liberè vtitor.

6. *Cum sis.* Alioqui vsum pallii, vbiunque fuerit, in mis-
sarum celebrationibus constitutis diebus solen-
nibus liberè exerceto.

2. *Ad
hoc.* Pallium suum nemo alteri commodato. Id per-
sonam ne transito. Cum eo quisque sepelitor.

De Renunciatione. Tit. 8.

1. *Literas* CV i gubernanda ecclesia semel commissa
cerit, quandiu tutè eam potest gubernare, tā-
diu regito. Militare enim cingulum, nisi cum
victoricedet aduersitas preliorū ante ne soluito.

20. *Nisi
cum pridē* Hoc ita temperato: Nisi permittente summo
Pont. licentiāque ab eo obtenta, sibi commis-
sam ecclesiam ne dimittito. Nemo tamen hac
via sibi ocium quærito. Licentiam postulandi
hæ causæ sunt: Si cuius criminis conscientia